



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pauli Segneri E Societate Jesu Qvadraginta
Sermones**

Segneri, Paolo

Dilingae, 1693

Author Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52496](#)

Author Lectori.

Tanta est bac atate, nescio Oratorum solerti industria; an Auditorum insatiabili curiositate, è sacris pulpitis dicendi varietas, ut meritò timeam, Lector benevole, te vix dignaturum, oculos in hac folia conjicere, nisi instituti mei rationem probè perspexeris. Compendio ergo meam tibi mentem expono. Probandam assumpsi in dies singulos Veritatem unicum, non tam Christiane Legi conformem, quād praxi destinatam, eāmque solidè ac nervosè demonstrandam. Nunquid pauculis verbis multa complexus sum? Et verò plurimæ se statim offerunt difficultates, in quas propositi hujus rigor me conjicit, nec desunt intricati laquei, in quos sponte me induo. In primis quidem, si proposito meo insistam, non licet mihi pedem inferre in silvam illam vastissimam, ex qua plurimi Oratores materiam, cùm speculativis, tum scholasticis questionibus aptam depromunt; norunt enim experientia magistrā, hujusmodi argumenta, altissimæ doctrinæ phaleris & pompa instructa, ad excitandam in plebe admirationem, validissima esse. Verūm hoc ipsum animi mei decretis è diametro obssisteret, dum statui, veritatem, non Christianam duntaxat, sed & practicam assumere demonstrandam. Neglecta ergo omni ostentatione scientia, qua mihi eminentis Theologi famam parceret, quam ego nec mereor, nec ambo, id unum mihi relictum video, ut orationum mearum themata, Christi & Evangelii sensis accommodem, quæ instar herbarum simplicium omne suum pretium non ab externa specie, sed à sola sanandi virtute & efficacia habent. Verūm hoc parvi sacerem, si hac ipsa, quæ dixi, themata, plenam mihi relinquerent dicendi libertatem, quam ipsam tamen mihi ademptam video; video enim inconveniens, & à scopo meo penitus alienum esse, orationes meas fucato profane eruditionis stibio exornare, quantumvis eam non à Propertio aut Persio, sed à doctissime antiquitatis magistris mutuarem; injuriosum fore ratus Christianæ veritatis puritati, si ex vano illas concinnius adornandi pruritu,

Præfatio ad Lectorem.

ristu, profanâ loquendi formâ eas conuestirem. Ab hoc certe confitis
me potenter abſterruere, Hugones, Beda, & Basili, qui in exemplum
ac typum sermonis scandalosè compti proponunt scelestam illam ac pro-
ſtituti pudoris fæminam, qua, ut juuentutem curiosam magis, quam
cautam, magis cupidam, quam providam attraheret, cubile ſuum
peripetasmatis & tapetibus, non ex officinis Palastina, ſed ex prom-
ptuariis Aegypti adornavit: Lectulum meum stravi tapetibus pi- Proverbi.
atis ex Aegyptio. Unde de eo ſolum ornatu mibi proſpexi, quem fami- 6. 17.
liaris librorum ſacrorum uſus ſubministrat, neglecto plurimorum ſen-
ſu, quibus non alia merces, quam peregrè advecta arrident. Ve-
rū bic necdum eſt finis, ſed initium tantum incommodorum, qua ex-
pertus ſum.

Meminifit enim, quod in limine premonui, propositum mihi
eſſe, quidquid dicendum aſſumpſi, probare ſerio & ſolidè; quod iſum
me cogit, ut ex libris etiam ſacris non quavis promiſcuè, ſed grande-
ſum delectu ad uſum meum pauca excerptam, cum plurime inveni-
antur ſacrarum Scripturarum interpretationes, curioſe quidem, &
curib[us] titillandis opportune, ſed à genuino ſenu aliena ac diſtor-
ta, cum quibus tamen, licet immerito, triumphatur in pulpitis,
& popularis plauſus colligitur; ego autem in meum emolumentum
iſis uti neutiquam poteram; cum enim palam ſit, hujusmodi expo-
ſitiones ſpurias eſſe, & adulterinas, eſto, quod tenuis forſe authori-
tas aliquam veri ſpeciem illis addat, meo tamen ſcopo ſervire non
poſſunt, neque apta ſunt ad probandum ſerio & ſolidè. Ad hoc
enim opus erat integro ſacrorum textuum armamentario, ſed non
niſi talium, qui eſſent ſinceri, clari, proprieque in ſenu & jux-
ta littera significationem accepti, cui repugnare fas eſſe non poſſet;
non quod intelligentia myſtica, ſi ſolido fundamento nitatur, non om-
ni estimatione ſit digna, ſed quia minùs eſt firma, minùſque robu-
ſta. In exemplum adduco Christum iſum, qui perorans ad turbas,
& Joannem Baptiſtam Magnum illum Eliam eſſe affirmans, à Pro-
pheta Malachia promiſſum, non dixit præcisis verbis: Ipſe eſt; Malach. 3. 1.

Præfatio ad Lectorem.

Matth. ii.
14. Com-
ment. in
Evang. loc.
cit. sed admirandâ cautelâ adjunxit: & si vultis recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Tanta debet esse moderatio, quâ ex mente & sensu doctissimi Cajetani modus iste explicandi scripturas geminus quidem, sed à litterali sensu alienus, usurpandus est, ne ab auditoribus violenter extorqueatur consensus, quem quidem verba allegata mereri congruè possunt, sed non ineluctabiliter evincunt.

Et quis est, ut, quod capi prosequar, qui ignoret sensum literalem minimi omnium fieri à rudi populo, qui minime cogitat, nudam & strictam aciem ad feriendum aptiore esse, præ pulchra & nitente? Quia de ausa abstinendum pariter mihi erat, ab eo rationum genere, quod ingeniosum magis est, quam solidum, & plus venustatis habet quam roboris, & virtutis; tametsi enim inficias ire haud possum, gemmas adulterinas fulgore suo nonnunquam aptioris esse ad triumphum, de mente debili ducendum, hunc tamen non nisi per errorē extorquent. Nec objicias, etiam errorē talem laude suā dignum esse, si in salutem potius, quam dampnum recipientis convertatur; nec id me latet, nihilominus tamen, ut proposito meo insistam, in id potius incumbendum mihi est, ut CHRISTUM imiter, qui nunquam assuevit alio tramire populos ad calum ducere, quam viâ regiâ rationum solidarium: viam DEI in veritate doces.

Sed quis explicet, quantum hoc ipsum difficultatem meam adduxerit? rationes enim verae tristissime sunt, quia usū continuo currentis instar moneta atteruntur; quantē ergo laboris est, cùm talis sint, conciliare ipsis eum splendorem & gratiam, quā pollut, cōm recens officina monetaria pralum egrediuntur? Verum ultra progrediamur: allegationes spissa & densata Sanctorum Patrum, licet capacitati populi parum conformes, nihilominus admirationem excitant, Hypothyposes perpetua prolixī verborum Meandri, Periodi laciniosa, memoria tractus (ut appellantur) tam prolixī, ut & peroranti ob defatigationem, & audiēti ob stuporem anhelitum fere intercludant: videnturque vo-

bis

Præfatio ad Lectorem.

bis adhiberi posse ab illo , cui serio loqui statutum est ? Ad loquendum enim serio , si mea me non fallit opinio , parum conveniens esse videtur , ut nunc Philosophus , nunc Physicus , nunc Legum peritus , nunc Chymicus , aut Astrologus , aut Sector Anatomicus compaream , aut simul omnia representem ; certè , si eo collimasset , specimen quidem mei , pro virium mearum tenuitate dedisset (tametsi etiam hoc extraordinis , & officii mei metas) intrâssem simul semitam , nec ius usitatam oratoribus , qui suapotius gloria sunt Idololâtra . quam veri Numinis Adoratores ; nec si hoc fecisset , fideliter patrocinatus esset causa tam seria , & sacrosancta , quam tamen defendendam Jean. 7. 18. suscepit , & verò , quam obsecro fidem in populis collegissent verbamea ? Qui querit gloriam ejus , qui misit eum , hic verax est , non verò ille , qui propriam venatur ,

Verum concedamus tantisper , fuisse mihi animum ostentandi fundam Eloquentia , continuis eruditionis , & facundia tractibus gyratam , nunquam certè sperare potuisse , me primo ictu Gigantem Davidis instar prostratum , qui de sola victoria obtinenda sollicitus eandem absque fastu tractavit ; quin potius contra omne artis magisterium , imminentem ictum , ut declinari posset , è longinquo ostendisset , ut , qui feriendi erant , cum veritate possent objicere , veros esse ob mora tarditatem silices ipsos in paleas : versi sunt lapides Job. 14. 19. fundae in stipulam , ut ait Job .

Omne quidem studium in Elocutionem contuli , sicut suo me exemplo docent Leones , Hieronymi , Chrysostomi , Cypriani , & Patrum plures , qui tersè & nitide locuti sunt ; experientia enim constat sermonis culturam nulli antiquorum Patrum obfuisse , cum tamen imperitum . Et in cultum Eloquium , non nisi contemptum reportet . Verum circa hoc ipsum sistendum mibi erat intra limites dictionis facilis , que non parum difficilis est , & operosa , quoque dictionem similem reddat via , non quidem florida , sed plana , & ad ambulandum accommodata . Et hic Eloquii nitor , si bene perpendimus , non ad demulcendas aures , sed in Reverentiam Auditorum dirigitur , unde



Præfatio ad Lectorem.

non videtur indecens , quamvis summo labore paretur. Linguis ipsam , quod attinet officii mei esse judicavi , rigidis etiam illis legibus me subjicere , quas omnes alii ut plurimum reverentur , ne illes per contumaciam & contemptum negligere viderer ; cum omni tamen hoc apparatu , quis non videt , si bene rem assequor , non potuisse me assumptione vocum Illustrium & selectarum splendore , servire luxui , qui panegyricos duntaxat , non item serium ac grave dicendi genus decet ; sed debuisse solam observare decorum , feligendo vocabulo , quæ jus & approbationem illius urbis haberent , cui unicè cordi est , ad publicam utilitatem florem Eloquentia jactare , nec ab aliis quibuscunque animadversionis obelum formidare. Sume tibi librum grandem . dixit quondam Isaias Prophetes , ut intelligat Orator Evangelicus , summi , quæ in mundo est , momenti materiem se tractare ; sed adjunxit illico , & scribe in eo stylo hominis , ut una doceatur , hanc ipsam materia magnitudinem stylum planum , & proprium exposcere , tum ad confirmationem integratatis , tum ad feliciorem intelligentiam conciliandam .

Quasi Bas. Tertium est , si bene meministi Lector , obfirmasse me animum , hunc dicendi modum constanter tenendi. Putasne verbum hoc improvisò aut prater mentem mihi excidisse ? nequaquam : quin ego illud ex destinato inserui. Quid enim emolumenti in me redundarer , si acri dictioris impetu in scelus detonans , illud velut vibrato fulmine prosternerem , si mox in alia oratione ridiculus & jocosus comparerem ? O quam modico opus est , ad perdendam omnem fidem in ministerio Apostolico , quale meum est : certè vel verbulo perditur , ne dicam oratione integrâ , aut scurrili , aut imprudente , aut vanâ , aut inutili : Tanta severitas est , quæ ut plurimum populi illum auscultant , qui in pulpito compare re statuit . non ut declamat ad pompam , sed ex legibus veritatis. Hac de causa studiosè in id incubui , ut in eadem oratione partes gemine sibi mutuo responderent , & materia , & metho-

Præfatio ad Lectorem.

methodi , & stylī equalitate , ne prima esset seria , altera jocosa ;
aut vicissim ; nec enim me latebat , haud absque mysterio ac-
cidisse , dum D E U S in Levitici libro prohibuit , vestem assumi
contextu duplice elaboratam ; Veste , quæ ex duobus est texta , *Levit.19.14.*
id est , lana & lino , inquit , non induaris ! quid aliud per hoc
intendit D E U S ? quam quod ad comparandam sibi famam Ora-
toris , justitiae , & veritatis amantis , nil magis conferat , quam
dictionis conformitas , ubi vel à primo Exordii verbulo , aequalis
contextu oratio labitur , eliminato , quidquid alii arrideat ,
omni luxuriantis ingenii impetu , in proarma disparatisima , in
modos dicendi insuetos , & inutiles effuso .

Dicamus etiam , in exordia adeo pomposa , ut dictionis Ele-
gantia ipsis perorationibus antecellant . Id tamen non negaverim ,
promovendam subinde causam , quasi de manu in manum , ar-
gumentorum pondere fortiori , jam rationum momenta in favo-
rem augendo , jam retundendo id , quod opponi posset à parte
contraria , ut tandem oratio , emolumento lucri continuo similis
evadat torculari , quod quod diutius circumvolvitur , tanto for-
tius stringit .

Atque ego in primordio prolusionis hujus , Lector benevole ,
non ideo profusior fui , ut captem gloriam ex ipsa operis hu-
jus in finem perducendi arduitate , quam ego vel hie elaboratam ,
in suo tamen genere debilissimam agnoscō . In id unum ego men-
tem intendō , ut tibi fideliter , scopi à me primò propositi ra-
tiones exponerem , neque id ad vanam voluptatem in po-
pulis excitandam , sed potius ad conferendum ipsis salutis ada-
jumentum ; forsitan his insuper habitis , erunt nihilominus plus
rimi , qui etiam hoc propositum meum spernant magis , quam
approbent . Sed quid mēa interest ? nec enim ego præsumo , ut
in mei gratiam humanum genus mutetur , quod sibi nunquam
concordat ; satis id mibi erit , si , quod alii vilipendunt , alio

Præfatio ad Lectorem.

saltem in sua salutis emolumenta convertant. Quis enim tanta
temeritatis est, ut se Paulo Apostolo equiparare audeat, Divinâ
quondam facundiâ in Areopago peroranti? & vel hic tamen, in
tanta Philosophorum turba, & varietate invenit quosdam, qui
fidem dictis adstruerent, alios pariter, qui perorantem palam irri-
derent, quidam irridebant, quidam crediderunt: Id, quod ego
in fronte presentis operis spectandum proposui: ut intelligatur, hanc
fuisse semper præcipuorum Oratorum sortens, ut geminum homi-
num genus sustinerent, unum nimirum, quos habent dictis suis
faventes, alterum vero eorum, quos experiuntur adversos. Un-
de nullam dolendi causam habebo, si paria experiar, qui me in-
ter sacros Oratores insimum agnosco & profiteor: Certe hac ipsa
de causa incultos hosce meos labores omnium censura & Crisi be-
nigna pariter, & pungenti libertè exposui (qui actus Viro sa-
pienti maximè arduus videri potest) nolebam enim, ut metus
ludibrii à nonnullis sustinendi prævalleret desiderio, aliis opitu-
Tract. con.
tra Epicur.
& Stoicos,
landi: Si formidaret irridentes, non perveniret Apostolus ad
credentes: Scripsit olim Augustinus admonitione ab iis notan-
dâ, qui se luci publicâ subducunt, non ex animi demissione, sed
ex timore, ne presentiam suam minns reddant gloriosam. Illud
scio, me totâ hac lucubratione illi DOMINO placere studuisse, cuius
gratuitum donum est, quidquid hoc in opere Ejus oculis arridere potest.
Hunc finem, si consequar, satis mihi & abunde est, tametsi reliqui om-
nes in mei contemptum confirent,

Id unum mihi restat admonendum, orationes hasce eas-
dem ipsas esse, que à me ex pulpito fuerunt recitata, absque
ulla notabili mutatione, qua pro pralo & publicâ luce fieri as-
selet, sive ornatum earum, sive augmentum consideres; Ta-
metsi enim probè mihi perspectum sit, aures, & oculos, esse di-
versissimos judices, spero tamen, oculum ingenitam severita-
tem depositurum, quam primum viderit, auribus potius to-
tum

Præfatio ad Lectoorem.

tum hoc operis fuisse destinatum, censori quidem minus provi-
do, sed & minus aspero. Non legit oculus tantâ voluptate,
quod tot theatra, ac scenaे proponunt, siue scurriles sint & sa-
tyricæ, siue graves, & majestate vestitæ; & tamen bujus gene-
neris opera, si primarium finem intueamur, ad audiendum po-
tius, quam ad legendum parata sunt; nec penes me irrefragabi-
lis regule locum obtinet, etsi forsan aliis ita videatur, id quod
gratum auditu est, minus esse gratum lectu: satis mihi est,
si, qui hæc legit, cogitet, non ea se legere,
sed audire.



PRIVI-